

Q. N.
3853

(X 1883865)



DISSERTATIONCULA
DE
PRAECIPVIS SCRIPTORIBVS
HISTORIAE GER-
MANICAE
QVA SIMVL
ORATIONEM INAUGVRA-
LEM ET LECTIONES PVBLICAS
DENVNTIAT
M. CASPAR SAGITTARIVS
SS. THEOL. DDVS.
HISTORIAN. PROF. P. ORD.

J E N A.
TYPIS GOLLNERIANIS.
MDCCCXXV.



DISSEMINATIONE
DE
PRAECIPUIS SCRIPTORIBUS
HISTORIAE
MANTICAE
ORATIONUM
ITEM ET LECTIOES PRAECIPUIS
M. CASPAR SAGITTARIUS
HISTORIA PROP. ORD.

J. B. A. S.
LITIS GOTTFRIDUS
CIC 1501 XXV





Germanicam non minus Historiam, quam aliarum quarumvis gentium, in precio habendam, & iuventæ in solidioris doctrinæ adyta se penetrare cupienti summo studio esse commendandam, consentiens Eruditorum arbitror iudicium. Imo non de fore scio excellentium virorum sententias, rerum Germanarum cognitionem ipsi Romanorum Græcorumque gestorum notitiæ præferentes. Et quidni præferant sua alienis? domestica peregrinis? proximiora remotioribus? Cur sva-visimus & prope connatus patriæ amor non accenderet mentes ad rimandas Ecclesiarum Germanicarum & civilis regiminis origines, incrementa, mutationes? ad per-vestiganda præclarissima Germanorum instituta? ad illustrium Heroum Germanorum facta ornanda, celebranda, deprædicanda? Fit tamen, nescio quomodo, ut hæc ipsa Historia Germanica non ubivis corusco fulgeat splendore; sed alicubi potius in tenebris oberret Cimmeriis; alibi non nisi stricturas emittat leviculas. In causas hujus neglectus inquirenti variæ quidem offeruntur ac multiplices: quarum tamen primaria videtur ipsorum antiquioris ævi Historicorum penuria. Et negari sane nequit, a prima gentis origine ad usque Julii Cæsaris ætatem pleraque omnia esse in obscuro, nec, si quæ a recentioribus afferuntur, majorem plerumque mereri fidem, quam commenta gentilium, Assyriorum Regis Nini imperium transgressa. Quæ

vero ab ipso Cæsare, Vellejo Paterculo, Plinio majore, Svetonio Tranquillo, ac ceteris Historiæ Augustæ scriptoribus, ut & a Pomponio Mela, Strabone, Ptolemæo afferuntur, etiamsi in unum componas, meræ tamen fuerint manserintque elegantis licet vestimenti lacinia. CORN. quidem TACITO, industriæ, acuminis, prudentiæ incomparabilis Historico multum debemus, veteris Germaniæ situm, populos ac mores singulari commentario delineanti; ac in Annalibus quoque & Historiis Romanorum cum majoribus nostris bella decantanti. Nec sua defraudandus laude AMMIANVS MARCELLINVS, gravis & prudens scriptor, & in nostris rebus eo majori dignus fide, quod ipse adversus Germanos stipendia meruerit. Attamen ut taceam Geographiam veterem innumeris tricis, & nodis quasi Gordiis implicitam; nullius fere belli integrum ex his contexere licebit ordinem: nedum ut de rebus per pacis tranquillâ gestis accuratior superet memoria. Interim feliciter nacta fatum Cis-Rhenana Germania: quandoquidem ejus antiquitates non raro tangant laudati, scriptorumque alii. At quæ trans Rhenum posita Romanis, & in Septentrionem plusculum declinans, atque adeo tota, quæ nunc audit inferior Saxonia, ante imperium Francorum Carolingicum pertinaci prope veterum damnatur silentio. Ceterum ab isto tempore sicuti cum novo regimine novum Christianismi lumen per Germaniam effulsit; ita hoc quoque aucta beneficio, ut rerum in eadem gestarum series non exquisita quidem, haut spernenda tamen consignaretur, industria. Hinc est, quod ex EGINHARTI *de Vita Caroli Magni* libello; ex ejusdem EGINHARTI *Annalibus*, Adalno vel Ademaro monachis perperam vulgo tributis; ex THEGANI Trevirensis Ecclesiæ Chorepiscopi *vita Ludovici Pii*, & alio quodam *vite Ludoviciane* scriptore; ex NITHARDI libro *de dissidio filiorum Pii illius Ludovici*; ex ANNALIBVS FRANCORVM METIS, ac aliis

liis FVL DÆ repertis, & pluribus istiusmodi Commen-
tariolis, multa possimus exsculpere historiam ejus ævi
Germanicam non parum illustrantia.

Non incommodam, nec recenti munere indignam
me facturum puto operam, si levi penicillo in præsentem
delinea vero præcipuos sequentium seculorum scriptores,
qui vel unice elaborarunt in historia Germanica; vel sym-
bolam non mediocrem eo contulere: alias, divina adiutus
gratia, uberius de eo acturus atq; exquisitius. Ex seculo i-
gitur a nato Servatore X. præcipue huc spectant REGI-
NO, PRUMIENSIS cœnobii in dioccesi Trevirensi Ab-
bas: cujus Annalium Appendix aut ROMERIVM
habet auctorem, aut Romerio excerpta tradit. LVI TH-
PRANDVS, primo Ticinensis Ecclesiæ Diaconus, de-
inceps Cremonensis Episcopus, *Historia de rebus suo tem-
pore per Europam gestis* non incelebris. WITICHIN-
DVS, monachus CORBEIENSIS, in Henrici Au-
cupis ac Ottonis I. DITMARVS MERSBUR-
GENSIS Episcopus in eorundem, ut & Ottonum II.
& III. maxime vero in Henrici II. imperio (qua ratione
& Ditmarum sequenti computare possis seculo) occupa-
ti. Scilicet horum labor quamvis rudis sit quandoque &
informis, in meliorum tamen defectu ipsa ferme impoli-
tia sua afficit lectorem ac demulcet.

Habet porro æræ Christianæ seculum XI. WIP-
PONEM Presbyterum, *Vite Conradi Salici* auctorem.
HERMANNVM monachum Augiensem, illustri
Comitum Veringensium profapia natum, quod membris
esset contractis, nomen *Contracti* adeptum: cujus Chro-
nicon continuavit BERTHOLDVS Constantiensis
Presbyter, ultra quam par erat, Henrico IV. infensus.
Atque in eundem impegisse lapidem, opinor, LAM-
BERTVM SCHAFFNABURGENSEM cœno-
bitam Herolsfeldensem, Virum alioquin supra captum
ævi prudentem & facundum. Quæ vero in Pistoriana
editione reperiuntur *Monachi* cujusdam *Erpshesfordiensis*

Additiones bonam partem respondent Ms. meo *Antiqui-*
caum Erffurtensum Variloquo, cuius possessor olim fuit ge-
nere non minus, quam multijuga doctrina, longo re-
rum usu, doctisque scriptis nobilissimus Johannes Wil-
helmus Neumeier a Ramsia. Odio autem plusquam
Vatiniano laudati Cæsaris Henrici IV. flagrat B R V-
N O Monachus, scripto virulento *historiam belli Saxonici*
complexo. Henrici quidem juvenilia, ac impetum in Sa-
xones meos non excuso: iniquum tamen fuerit quibus-
vis Hildebrandi, sociennorumve calumniis subscribere.
Et hoc movit quoque Marquardum Freherum, cur Bru-
noni velut antidoti loco subjiceret *Apologeticum*, quem
de Vnitate Ecclesie conservanda, & schismate inter Henricum ac
Gregorium Papam affectus sui monumentum exstare vo-
luit, seu VENERICVS Vercellensis, seu WAL-
TRAMVS Numburgensis Episcopus, vel etiam quo-
rundam iudicio, CONRADVS, præsul Ultrajectinus.
Et ut reliquos, qui pro Henrico IV. scripsere, a Goldasto
editos præteream, eidem haut obscure favet SIGE-
BERTVS, monachus GEMBLACENSIS in Bra-
bantia: cuius Chronico appendices attexuere ROBER-
TVS MONTENSIS & ANSELMVS GEM-
BLACENSIS Abbates. Sed Sigeberto ætate paulo pri-
or est MARIANVS Chronographus, qui *a Scotia in Gal-*
lias veniens (utor verbis Sigeberti) *Coloniae factus monachus*
primo, postea apud Moguntiam reclusus est. Marianus con-
tinuationem accepit DODECHINI Abbatis S. Dyfi-
bodi, inter cetera ferale illos tumultus de Investitura
Episcopali Imperatoribus Romanis a Pontificibus per-
vim & tyrannidem adempta, describentis. Aureolum quo-
que hoc seculo scriptum est M. ADAMI BREMEN-
SIS, quo historiam vulgavit Ecclesiasticam de religio-
ne per diocesin Bremenlem, & plagam septentrionalem
universam a temporibus Caroli M. usque ad Henricum
IV. propagata.

Secu-

Seculo XII. virtute juxta ac felicitate sua meruit Fridericus I. vulgo Barbarossa dictus, ut historiam vitæ concinnaret OTTO FRISINGENSIS Episcopus, Leopoldo Austriae Marchioni natus: a quo etiam habemus *Chronicorum libros VIII.* quorum posteriores duo, *quia recentis memorie sunt* (sic ipse scribit Otto) *a probabilibus viris tradita, vel ab ipso visa & audita ponunt.* Istorum filium alius produxit OTTO, qui a monasterio S. Blasii SAN-BLASSIANVS audit, in Ottone IV. finiens. Quod autem Frisingensi Ottoni morte prævento Fridericianum opus absolvere non fuit integrum, accepta quasi lampade reliquum spatii decursurus, duobus ejus libris alteram bigam adjecit RADEVICVS FRISINGENSIS Canonicus: qui cum & ipse ante Fridericum decederet, alius undecim annos addidit. Huic Friderico Imperatori æque ac antecessori Conrado III. a sacris scriniis erat GODEFRIDVS VITERBIENSIS Presbyter, qui quadraginta annorum peregrinatione, qua plurimas excussit bibliothecas, magnam sibi rerum lingvarumque cognitionem paravit. Hujus Chronicon universale, quod *Pantheon* a Diis terrestibus inscripsit, quo propius ætati auctoris accedit, eo clarius quandoque Germanicis historiis affundit lumen. Nec aspernandum est LAVRISHAMENSE CHRONICON ultra coenobium suum aliquoties assurgens. Eodem seculo *Chronica Slavorum* contexuit HELMOLDVS Presbyter Bosoviensis, de gentibus Transalbingicis, quæ Christiana religione tum imbutæ, bene meritis. Premit hujus vestigia ARNOLDVS Abbas Lubecensis: ac utrumque lectissimis annotationibus illustravit optimus meique amantissimus Præceptor Henricus Bangertus, *ὁ πῦρ ἐν ἀ- γίῳ.*

Ad seculum XIII. pedem si proferimus, obviam nobis fit AVCTOR CHRONICI MONTIS SERENI, qui per Freherianas Meibomianasque manus ambulans, non nisi Cl. Maderi dextra in lucem mitti voluit. Oc-
cur-

currit deinceps **CONRADVS** a Lichtenau, Abbas **VRSPERGENSIS**: quem tamen alteri, sive in Schvartzachensi, sive quod aliud cœnobio nomen, vitam degenti, nonnulla potius addidisse, quam integrum, ut nunc habemus, Chronicon perfecisse, credibile est. Habuit sane *Sauvages* noster Bosius non ignobile MS. unde Conradum sua sublegisse opinabatur. Prodeunt etiam in conspectum **GODEFRIDVS COLONIENSIS** ad S. Pantaleonem monachus, non indiligens Annalium conditor. **ALBERTVS** Abbas **STADENSIS**, in prioribus quidem Chronici Hermanum Contractum, Adamum Bremensem, & nonnullos exscribens alios: sed ad suam ætatem vergens, quod accuratiori Chronologiæ deest, quibusdam singularibus compensans: item **MARTINVS**, quem **POLO-NVM** plerique nuncupant, sed Italum alii, quidam Scotum, nonnulli & Gallum perhibent: cujus Mss. (quorum & unum Bibliotheca servat Academica) in Appendicibus præsertim, mire variant: id quod nova, quam Maderus molitur, editio demonstrabit. Dicerem hic aliquid de **VINCENTII BELLOVACENSIS** Episcopi *Historiali Speculo*, nisi perspectum haberem, a multis parum æstimari.

Circa seculi XIV. exordium **SIFFRIDVS** Prsbyter **MISNENSIS**, & **EBERHARDVS** Archidiaconus **RATISBONENSIS** florere. At istum tanti non censuit, quem integrum ederet Fabricius: sed posteriorum temporum epitomam subiunxit Historiæ Saxonicæ: eandemque in Scriptoribus Germanicarum rerum a se editis comparere voluit Pistorius. Hujus autem *de Austria, Sueviaque Ducibus Annales* ab Henrico Canisio in *Antiquis Lectionibus* divulgatos, **HENRICI STERONIS** Chronico (hoc **VDALRICVS** & **CONRADVS WEL-LINGI** fratres continuarunt) plurima debere, non iniuria suspicatur Vossius. Medio seculo claruit **HENRICVS REBDORFIENSIS** monachus, in primis Ludovici Cæsaris

faris Boiaria domo oriundi gesta Annalibus illustrans. Supparis ætatis scriptor est ALBERTVS ARGENTINENSIS: cuius Chronicon non pauca aliis indicta, vel non adeo plane pleneque explicata memorat. Atque hoc ipso seculo reviviscere paululum cœperunt a tanto temporis intervallo emortuæ humaniores literæ: unde etiam historia caput quadamtenus extollere annixa, majoribus ausis id tentavit seculo sequenti. Et quamvis pauci Historicorum eo provecti, ut possitis omnibus scoriis nitorem veterum latinæ linguæ scriptorum referrent; aliqui tamen propius eidem accesserunt: reliquis majori saltem, quam hætenus receptum, studio describendis rebus memorabilibus intentis. Multa igitur pulchra & utilia rerum Germanicarum cognoverimus ex HERMANNI DELERBEKE *Chronico Comitum Schouvenburgensium*; ex ANDREÆ Presbyteri RATISPONENSIS *Chronico de Ducibus Bojarie*; ex GOBELINI PERSONÆ Decani Bilfeldiensis *Cosmodromio*; ex INCERTI AVCTORIS *Historia de Landgraviis Thuringie*; ex ANONYMI MONACHI NVSSIENSIS *Magno Chronico Belgico*, ex WERNERI ROLEVINI DE LAER *Fasciculo Temporum*, ut & libello *de gloria gentis Westphalica*; ex SIGISMUNDI GROSSENBROT *Chronico Augustano Ecclesiastico*; ex HARTMANNI SCEDILLII *Chronico Norimbergensi*; ex JACOBI WIMPFLINGII *Epitoma Rerum Germanicarum*; ex CONRADI CELTIS libello *de situ & moribus Germania*. Nec forsitan aberravero, si his ÆNEÆ SYLVII (id nominis erat, ante Pontifex quam crearetur, Pio II.) *Bojemica & Basileensis Concilii historiam* addidero.

At enim superiori seculo uti omnes aliæ artes ac disciplinae, ita studia quoque historica vim ac vigorem genuinum impetrarunt. Non omnibus quidem obtigit

B

ad

ad arcem purioris eloquentiæ ac ceterarum Historici perfecti dotium eniti : aliqui tamen id sunt assecuti, qui omnem antiquitatem potuissent provocare. Mei nunc non est instituti hos distingvere: sed opella modo extemporanea enumerabo, quos in Historia Germanica præcipuos memoria suggererit. Et ad sæculi exordium, quamvis proximo jam scribere cœperint, referre placet J O H A N N E M T R I T T E N H E M I V M, prius Spanheimensem, post Abbatem Wirceburchensem, cujus *Spanheimense*, & quod integrum nondum prodiit, *Hirsaugiense Chronica*, supra tot alias lucubrationes, incredibilis industriæ testes sunt. J O H A N N E M N A V C L E R V M, nobilem Sævum, Tubingensis Academiae Rectorem primum: in cujus Chronico disponendo, augendo, retexendo communis Germaniæ Præceptor, Melanchthon desudavit. A L B E R T V M K R A N T Z I V M, Hamburgensem Canonicum, in *Saxonia, Vandalia*, ac *Metropoli* universæ propemodum Germaniæ statum ab antiquissimis temporibus ad ævum suum repetentem; simul tamen vetustiores, Helmoldum cum primis, Arnoldum & Gobelinum longis lineis exscribentem. P A V L V M L A N G I V M monachum, *Chronico Cuiicensi* (quo & nascenti Megalandri Lutheri gloriæ favet) egregias laudes meritum. Hos excipiant H E N R I C V S B E B E L I V S, Professor Tubingensis, qui varios de rebus Germanicis libellos, Gesnero, Vosio aliisque laudatos concinnavit. E R A S M V S S T E L L A, qui duos *de Antiquitatibus Borussiae* libros Friderico II. Sapienti, Electori Saxoniae obtulit. F R A N C I S C V S I R E N I C V S, Ettelingiacensis, cujus exstat *Germaniae descriptio*, sive, ut ipse vocat, *Exegetis* in XII. libros partita. J O H A N N E S C V S P I N I A N V S, Maximiliani I. Medicus ac Orator. Historiæ Cæsarum Scriptor maxime insignis. C O N R A D V S P E V T I N G E R V S, Senator Augustanus, in *Sermonibus Convivalibus* multa exponens ad Germaniæ antiquitates pertinentia. B I L I B A L D V S

DVS PIRCKHEIMERS, Patricius Norim-
bergensis, Maximiliano I. ac Carolo V. a consiliis, in
brevi Germania explicatione prolixam eruditionem osten-
dens. WOLFGANGVS LAZIVS, ex Medico
Cæsareo a Ferdinando I. non solum in consilium, sed e-
tiam ob egregia erga se ac Remp. literariam merita in or-
dinem equestrem allectus. In quo de Germanicis quo-
que præclare merendi voluntatem probes, si fortassis in
Opere de Gentium migrationibus non æque felix semper re-
spondit successus. BEATVS RHENANVS, qui
anno MDXXXI. emisit luculentos rerum Germanica-
rum commentarios. JOHANNES AVENTI-
NVS, felix *Annalium Bojorum* scriptor, in paupercula &
morosa uxore infelicissimus. GEORGIUS SPA-
LATINVS, Electori Saxoniae Friderico a secretis, &
Johanni Electori a sacris, non modo in Historia Saxo-
nica, sed etiam in tabulariis singulari cum industria ver-
satus. PHILIPPVS MELANCHTHON, vel
propter *Carionis Chronicon*, ab incomparabili, si religio-
nem demas, genero, CASPARE PEVCERO con-
tinuatum, hic memorandus. HVLDARICVS
MVTIVS, libris XXXI. *de Germanorum prima origine,*
moribus, institutis, legibus, & memorabilibus bello ac pace gestis
abdita non pauca in apricum proferens. SEBASTI-
ANVS MVNSTERVS, Strabo Germanorum ob
Cosmographiam luculentam vocatus. JOHANNES
SLEIDANVS, *Commentariorum de Statu religionis &*
Reipubl. regnante Carolo V. exactæ fidei & diligentiae scri-
ptor. MATTHIAS FLACIVS Illyricus, Centuria-
torum Magdeburgensium præcipuus *εγροδιώνης*, & in
his Centuriis Ecclesiasticam Germaniae Historiam singu-
lariter illustrans. HVBERTVS THOMAS LE-
ODIVS elegantissimus ac prudentissimus *vite Friderici*
II. Palatini scriptor. HENRICVS PANTALEON,
Basileensis, qui *Prosopographia Heroum atque illustrium viro-*
rum totius Germanie inclaruit. GEORGIUS FABRI-

CIVS Chemnicensis, ad scribendam *Historiam Misnico Sa-*
xonicam honorifico elogio & singulari Magnatum libera-
litate excitus. MARTINVS CRVSIVS, cui *Anna-*
les Sueviae, perinde ac perfecta Græcæ literaturæ cultura
immortale nomen peperere. CASPAR BRV SCHI-
VS, cujus conatus in *Episcopatum ac Monasteriorum Ger-*
manie historia probandi. HERMANNVS HA-
MELMANNVS, rerum Westphalicarum ac Olden-
burgensium curiosus. CYRIACVS SPANGEN-
BERGIVS, *Hennebergensi*, *Mansfeldensi*, *Quersurten-*
si Chronicis germanico idiomate confectis non medio-
crem famam meriti. PETRVS ALBINVS: cujus
in rebus Misnicis admirandam suspicio industriam. WI-
GVLEVSHVND, genere ac munere nobilissimus,
sed recondita eruditione, quam *Metropolis Salisburgensis* &
Genealogia Bojarica volumina duo declarant, nobilior. DA-
VID CHYTRÆVS, qui tot Principum, tot docto-
rum virorum memoriam in Herculeo *Saxonie* opere ab
oblivione afferuit. MATTHÆVS DRESSERVS,
cujus *Isagoge Historica* in Germanicis etiam bonæ frugis
plena est. SIMONISCHARDIO Jureconsulto non
parum itidem debemus, quod complura scripta res Ger-
manicas concernentia aliquot tomis digesta publicarit.
At longe majores debentur gratiæ REINERO REI-
NECCIO, JUSTO REVBERO, JOHANNI
PISTORIO, CHRISTIANO VRSTISIO,
MARQVARDO FREHERO, HENRICO
MEIBOMIO, ERPOLDO LINDENBRO-
GIO, MELCHIORI GOLDASTO, HENRICO
CANISIO, JOACHIMO JOHANNI MA-
DERO: quod vetustiora, selectiora, atque adeo precio-
sa magis incredibili studio collecta cum erudito orbe
communicare, ac plerique præterea elegantissimis scri-
ptis *Historiam Germanicam* illustrare voluerint.

Cc-

Ceterum quia hi plerique praesens attrigere seculum,
M A D E R V S autem etiamnum (saxit Deus, diutissime!)
florete, coronidis loco nonnullos adhuc afferam, de qui-
bus partim nostra gloriatur aetas, partim patrum trium-
phat memoria. Quid Illustris noster STRAVCHIL-
V S in exquisitissimis *Juris Publici Dissertationibus Exote-
ricis* Acroamaticarum titulum pridem commeritis hoc in
genere praestiterit, universus loquitur orbis eruditus. De
HERMANNO CONRINGIO, at quanto Viro!
quid dicam? Id dico: satius fore, infinita magni rei litera-
riae Atlantis de Germanis rebus merita hac scriptiuncula
tacere, quam parce vel incommode dicis tanti Patroni
gloriae detrahere. JOHANNIS HENRICI BOE-
CLERI, quem Forstnerus *recti exactique judicii Virum*
merito salutat, insperatum ex his terris abitum nondum
eluxit Germania: probe scilicet conscia, quantis jamtum
sudoribus in Historia sua elaborarit, ac quid praecleari por-
ro habuerit expectare. Quamobrem eo longiorem vi-
tam vovebit, qui LEOPOLDO AVGVSTO est a Bi-
bliotheca & consiliis, Amplissimo Viro, PETRO I. A M-
BECIO, Hamburgensi: ut non modo *Historiam Biblio-
thecae Caesareae*, cujus septimus nuper Tomus prodiit; sed
cetera quoque in Germanicis molimina felicissime per-
textat. Vivat quoque ac floreat JOHANNES JV-
STVS WINCKELMANNVS, & plura ejus ge-
neris scripta, ac sunt *Historia Hassiaca, & Veteris Westphaliae
Notitia* (ut *Oldenburgensia* praeteream) in publicum emit-
tat. An GABRIEL BVCELINVS Ordinis Be-
nedictini monachus adhuc fruatur luce, ambigo. Id con-
stat *Genealogica* ejus ac reliqua in Germanicis Historica
non parum aestimari. Quantum porro in iisdem *Genea-
logicis* praestiterint NICOLAUS RITTERSHV-
SIVS ex Altorffina in caelestem Academiam paucos
ante annos receptus; quemque Ecclesiae ac Reipubl. lite-
rariae conseruet Deus, PHILIPPVS JACOBVS
SPENERVS, nec amplissimis satis extolli potest lau-
dibus.

dibus. Bigam quoque celebrium Historicorum nostra
amisit ætas, BERNHARDVM MALLINCRO-
TIUM, & MARTINVM ZEILERV. Ac ille quidem
sicuti generoso natalium splendore non indignum judi-
cavit *de Inventione artis Typographicae* commentari; ita hoc
loco potissimum ob rarissimi argumenti scriptum *de Ar-
chicancellariis Germanie* commemorandus venit. Alter
vero, qui longe plurima congescit lingua vernacula, ni-
hil ferme in Germanicis intentatum reliquit. Qui Patrum
denique ac avorum memoria in hoc studiorum genere
tum summa, tum non infima florere gloria, sicuti copio-
sa manus est; ita singulos ordine decenti componere ali-
us est temporis ac instituti. Nisi autem mea me fallit opi-
nio, præter FRIDERICVM HORTLEDERUM,
magnæ doctrinæ, prudentiæ, ac dignitatis Virum, non
ex rivulis, sed limpidissimis minime fallacium tabulario-
rum fontibus *historiam belli Smalcaldici* pandentem, eximii
quoque sunt sequentes. PHILIPPVS CLVVE-
RIVS ob *antiqua Germanie* limatum opus; FRANCIS-
CVS GVILLIMANNVS & GERARDVS
DE RHOO in *Austriacis*; NICOLAVS SERRA-
RIVS in *Moguntinis*; CHRISTOPHORVS BRO-
WERVS in *Trevirensibus & Fuldensibus*; ÆGIDIVS
GELENIVS in *Coloniensibus*; MARCVS VELSE-
RVVS in *Boicis & rebus Augustanis*; VBBO EMMIVS in *Frisicis*;
JOHANNES MICRÆLIVS in *Pomeranicis*;
CHRISTOPHORVS LEHMANNVS in *Spirensibus*. Atq;
de hoc ultimo non possum non subjungere elegans judi-
cium Perillustris Baronis Boineburgii, magni dum vive-
ret literatorum Patroni, ad Petrum Lambecium anno
MDCLX. perscriptum. *Lehmannus in Spirensi Historia ple-
raque Imperii Germanici optime ex idoneis Scriptoribus est pro-
secutus; feliciter nos decipiens, plus dando, quam in superscriptio-
ne promiserat. Debetur enim illi libro titulus major, quam Spira
vel tota comprehendere valeat. Et hæc quidem de potiori-
bus Historiæ Germanicæ Scriptoribus pro tempore
dicta*

dicta sunt. Venio nunc ad alterum illud, quod harum
philularum indixit frontispicium. Nimirum postquam
SERENISSIMI SAXONIAE
DUCES, MVNIFICENTISSI-
MI INCLYTAE HVIVS ACADEMIAE NV-
TRITORES publicam ac ordinariam Histo-
riarum Professionem a beato celeberrimi Viri JO-
HANNIS ANDREÆ BOSII excessu vacantem
parvitati meæ clementissime demandarunt; divina adju-
tus gratia, sedulam dabo operam, ut Spartæ exornandæ
intentus, tum ceteras Vniuersi historias, tum Germanicas
in primis, germana fide illustrem. Huic fini singularem
confeci libellum *Regni Germanici originis, incrementa ac fortu-*
nam variam ad præsens usque ævum compendiaria via pro-
ponentem: quem porro uberius disertationibus ex-
planare decrevi. Quandoquidem autem in eo excudendo
adhuc occupatur typographus, non incommodam, nec
ingratam Auditoribus me navaturum spero operam, si
de præcipuis Historia Germanica Scriptoribus præsentis potissi-
mum commentariolo memoratos disquisitionem insti-
tuerō. Sic enim fiet, ut quæ ad illustrationem illius li-
belli in posterum tradentur, radices egerint firmio-
res: nec, si quando scriptores istos in rem præsentem at-
tulerimus, semper fuerit opus de eorum auctoritate,
præstantia, nævis longos sermones facere. Quam ha-
ctenus in privatis diatribis svavissimorum Commilito-
num erga me perspexi, benevolentia cum pari industria
conjuncta, non dubiam facit spem, fore ut in publicis de
gemino affectu mihi gratulari liceat. Ante vero quam
publicas auspiciabor lectiones, de *Utilitate ex Historia Germa-*
nica capienda qualemcunque habiturus sum oratiuncu-
lam.

Atque

Atque ut illius recitationem MAGNIFICVS
DOMINVS RECTOR, CETERIQUE PATRES
ACADEMIÆ, AC CIVES DIVERSARUM DI-
GNITATUM TITULIS EXSPLENDESCENTES,
NEC MINUS GENERE, DOCTRINA, VIRTUTE
FLORENTISSIMA JUVENTUTIS STUDIO-
SÆ CORONA, magnifica, gratiosa ac honorifica
præsentia crastini hora X. illustrare, ac dicenti be-
nevolas aures commodare velint, ea quæ par est obser-
vantia, honoris ac amoris significatione majorem
in modum rogo. P. ipso Festo Epiphaniæ Do-
mini. Anno Æræ Christianæ
cl̄o l̄c̄ LXV.



vero ab
 Svetonio
 ptoribus
 afferunt
 rint in
 CORN
 prudent
 veteris C
 commer
 storiis E
 tanti.
 MARC
 nostris
 German
 graphiar
 diis imp
 xere lice
 quilla g
 cius na
 dem ejus
 rumque
 & in Se
 tota, qu
 Francor
 mnatur
 novo reg
 niam eff
 in eadem
 spernend
 quod ex
 ex ejusde
 demaro
 GANI
 ti Pii, &
 THAR
 ANNA

io majore,
 gustæ scri
 Ptolemæo
 tamen fue
 ti lacinia.
 acuminis,
 debemus,
 s singulari
 que & Hi
 bella decan
 IANVS
 iptor, & in
 e adversus
 ceam Geo
 quasi Gor
 his conte
 pacis tran
 terim feli
 uandoqui
 ati, scripto
 Romanis,
 atque adeo
 imperium
 eterum da
 ficuti cum
 per Germa
 , ut rerum
 idem, haut
 Hinc est,
 gni libello;
 ano vel A
 ex THE
 ita Ludovi
 e; ex NI
 udovici; ex
 TIS, ac a
 liis

8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10
 9
 8
 7
 6
 5
 4
 3
 2
 1
 1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 8
 19
 18
 17
 16
 15
 14
 13
 12
 11
 10